

Decisionum Aurearum Lib. I.

talis confessio præcedat, ut aperte cantat Conc. Trid. Probatur etiam authoritate Pauli; Probet autem scipsum homo. Nā 2 cum duo sint † ordinaria remedia expurgandi peccata, cōtritio, & confessio, nomine probationis pari ratione vtrunque Apostolus comprehendit: cum in hoc Eucharistia sacramēto contineatur non solum gratia, sed & fons, & author gratia suscipiat Christus. Probatur præterea per text. in cap. omnis, de peccatis. & remissis. Ait quippe. Confiteatur proprio sacerdoti, sufficiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiae sacramentum. Vbi in sinuatu ad Eucharistię reuerentiam confessionem pertinere. Sed quia hæc est communis omnium opinio, & contrarium uelle asserere post Synod. Trid. esset hæresis: Ideo videamus, sint ne aliqui casus, in quibus antea confessionem sumi possit Eucharistia, & profecto quos reperio, iij sunt.

3. Et primus, quem † excipit Conc. Trident. sess. 13. cano. 11. & cap. 7. est, quod licet accedere ad sacramentum Eucharistia abque confessione, modo haberi non possit legitimus Confessarius, & sit in urgenti necessitate. igitur duo copulatiū requiruntur secundum Concil. Trident. quod deit copia Confessarii, & sit vrgens necessitas. Copiam vero Confessarii dicitur non habere, quo ad effectum, ut possit absque confessione comunicare, qui sine scandalo cōfiteri neguit, vt qui in altari inchoata iam missa recordatur peccati nō confessi, vel alias non potest decenter, & absque sui nota tunc communicando abstineret: quia sufficit, & debet contenti cum proposito quamprimum confitendi, iure novo Conc. Trident. sess. 13. c. 11. Sotus dist. 12. quest. 1. artic. 4. in si. Nauar. cap. 21. num. 49.

4. Necesitas † vero, quænam sit, quæ in absentia prælati, aut legitimi Confessarii licet faciat communionem absque legitima confessione; vtrum sola deuotio volentis sacramentum sumere, aut celebrare sufficiat; Respondetur secun-

dum Sotum in 4. dist. 12. quest. 1. art. 4. nequaque sufficere, sed urgenter requiri necessitatem, ut expressis verbis Concilii admonetur. Loquitur vbi sunt peccata mortalia: nam venialia non sunt necessaria confessionis materia. Sylvest. verò in ver. Eucharistia. 2. q. 7. uersi. ergo autem, intelligit sub nomine urgētis necessitatē omne excusans ab irreuerētia sacramenti, ut si est obligatus ad celebrandum, uel si non celebrādo generaret sibi infamiam, uel admirationem, uel nuper decepsit anima indigena sacrificio probabiliter. Aut si imminent solemnitatis magna, in qua sit ualde utile celebrare. Aut si tatus sit devotionis feroor in eo, qui peccauit, quod inde ex sacrificio spret magnum iuuamē contra peccatum. [Sed cum Concilium Tridentinum requirat necessitatem, & urgenter necessitatē celebrandi, ut quis posset ad celebrationē non præmissa confessione procedere: ideo illam tantum admitterem, si esset necesitas uitandi infamiam, uel scandalum. uel si esset necesitas satisfaciendi officio sibi iniuicto, si curatus est, uel etiam si necesitas esset ex præcepto superioris, quādo aliqua urgens causa celebrandi occurrit, prout magis clare ex sequentibus liquebit.]

Secundus casus est necesitas, quæ ex officio penderet, ut rusticus † plebanus, qui non haberet sacerdotem, nisi longe distanter, nam non tenetur ire quotidie ad querendum Confessarium. Poteſt ergo cum contritione, maximè si esset festum, idque uno, aut forte duobus diebus, sacra facere absque confessione, nō tamē pluries: sed tamen caudendum à consuetudine, & fraude: Qui enim in concubinatu, aut alio peccato perficit, potius debet salutem animæ consulere, q̄ temporali uita, uel honori, & a sacrificio abstineret, quamdiu peccandi occasiones non amoueret.

Teritus casus, quando licet communicare absque confessione, est de † infirmo, qui nec uoce, nec signo, nec nutu potest in articulo mortis, quodcunque